V. 1. Римляне, когда ихъ оружіемъ побѣждены были почти всѣ народы древняго міра, дали[9]) имъ свои законы и мало-по-малу смягчили ихъ нравы. 2. Римскимъ сенатомъ во всѣ страны посылались сановники, которые управляли всѣмъ[10]) сообразно[11]) съ[11]) законами римскаго государства и всюду защищали римскихъ гражданъ отъ обидъ. 3. Даже нынѣ возбуждаютъ[12]) наше удивленіе дороги, проложенныя[13]) нѣкогда римлянами въ земли отдаленныхъ народовъ. 4. Много войнъ ведено было римлянами съ пиратами, которые въ древности очень вредили купцамъ и приводили[14]) въ ужасъ[14]) жителей приморскихъ странъ. 5. Теперь пираты почти всѣ истреблены; тѣ же, которые остаются, плаваютъ только въ отдаленныхъ моряхъ.

32 (55).

1. Deus est, qui totum hunc mundum, totam hanc terram, immensum hoc mare creāvit. Hic omnia administrat, Huius po-

---

[1]) prior. — [2]) delectāre. — [3]) hic .— [4]) = образомъ. — [5]) parāre. — [6]) in pejus. — [7]) consumĕre. — [8]) sumĕre. — [9]) imponĕre. — [10]) omnia. — [11]) secundum съ вин. пад. — [12]) movēre. — [13]) munīre. — [14]) terrēre.

tentia maxĭma est, Huic omnium hominum salus cara est, ab Hoc omnes aeternam felicitātem sperant. 2. Raro fortūna eidem homĭni, cui divitias donāvit, felicitātem concēdit. 3. Fortūna mutabĭlis est: tum[1]) huic, tum[1]) illi favet. 4. Felicĭtas tua in te ipso, non in externis rebus est posĭta. 5. Salus patriae vobis cara esse debet, nam huic maxĭma beneficia debētis[2]). 6. Vir sapiens de eādem re non tum hoc, tum illud, sed idem semper iudicat. 7. Omne animal se ipsum amat et curam sui[3]) ipsius[3]) habet. 8. Nemo nostrum idem est senex[4]), qui[5]) fuit iuvĕnis. 9. Tu, avāre, ipse tibi summum onus es. 10. Cives eiusdem civitātis eisdem legĭbus parent, ab eisdem magistratĭbus administrantur, eădem institūta habent. 11. Studia litterārum plurĭmum in vita valent. Haec iuvĕnes alunt, horum iucunditas senectūtem delectat, his secundae res ornantur, in rebus adversis solacium praebētur. 12. Non semper eaedem res in eōdem pretio sunt. 13. In magno imperatōre hae virtūtes esse debent: ingenium, scientia rei militāris, fortitūdo, felicĭtas. 14. Piger sibi ipse plurĭmum nocet. 15. Libĕri eorundem parentum et ingenio et morĭbus saepe dissimillĭmi sunt.

33 (55).

1. Quis est dives? Cui satis id est, quod habet. 2. Cuius homĭnis vita curis[6]) et dolorĭbus libĕra est? 3. Cui numĕrus stellārum notus est? 4. Quem pulchra carmĭna non delectant? 5. Quo tempŏre anni sunt dies longissĭmi, quo brevissĭmi? 6. Fortūna plerumque eos, quos plurĭmis beneficiis ornāvit, ad maiōres calamitātes servat. 7. Qualis ipse homo est, talis eius est oratio; oratiōni autem facta[7]) sunt similia, factis — vita. 8. Tantum[8]) scimus, quantum[8]) memoria tenēmus. 9. Quot capĭta, tot sententiae. 10. Crocodili ex ovis[9]) gignuntur; ova eōrum tanta sunt, quanta

---

[1]) tum-tum то-то. — [2]) debeo, ēre (съ вин.) быть обязану чѣмъ-нибь. — [3]) см. правило 7. — [4]) въ старости. — [5]) qui здѣсь: каковъ. — [6]) перевести съ предлогомъ: отъ. — [7]) factum, i, n. поступокъ. — [8]) tantum— quantum столько — сколько. — [9]) ovum, i, n. яйцо.

anserum [1]). 11. Suum cuique tribue. 12. Trahit sua quemque voluptas. 13. Quale opus erit, tale erit praemium. 14. Sunt quaedam bestiolae [2]), quae unum diem vivunt. 15. Quaedam genera avium nidos [3]) suos sub tectis domuum habent. 16. Vir magnus sine quodam afflatu [4]) divino non fuit. 17. Saepe homines de aliis falso [5]) iudicant, aut odio, aut amore, aut aliqua ratione ducti [6]). 18. Antiquis temporibus, qui ob mercaturam aut ob aliam aliquam causam navigabant, saepe praeda piratarum fuerunt. 19. Non omnia [7]) in homine, aliquid in fortuna positum est. 20. Vir bonus et sapiens commodo omnium, non unius alicuius aut ipsius servit.

34 (57).

1. Quis habet mane quattuor, meridie duos, vespere tres pedes? [Homo]. 2. In tria tempora vita dividitur: quod fuit, quod est, quod erit. 3. Vita elephantorum super centum annos durat [8]). 4. Raro unus cum duobus prospere pugnat. 5. Octo vel novem horae satis sunt ad somnum; somno trium vel quattuor horarum corpus non satis recreatur. 6. Temporibus imperatorum Roma habuit triginta septem portas, septem pontes, quadringentas viginti tres vias, quadraginta templa. 7. Mille passus apud Romanos fuit mensura [9]) longioris spatii. Quinque milia passuum Romanorum aequabant fere id spatium, quod nostra lingua [10]) „миля“ nominatur. Passus autem Romanus quinque fere aequabat pedes nostros. 8. Usitatissimi nummi apud Romanos fuerunt hi: as [11]), nummus aëneus [12]), qui tantum valebat, quantum apud nos „двѣ копѣйки“; quinque asses pares erant duobus sestertiis [13]), decem asses — denario [14]), nummis ar-

---

[1]) anser, eris, m. гусь. — [2]) bestiola, ae, f. маленькое животное, звѣрокъ. — [3]) nidus, i, m. гнѣздо. — [4]) afflatus, us, m. вдохновеніе. — [5]) falso ложно. — [6]) ductus, a, um руководимый. — [7]) перевести единств. числомъ. — [8]) duro, are продолжаться. — [9]) mensura, a, f. мѣра. — [10]) nostra lingua (abl.) на нашемъ языкѣ. — [11]) as, assis, m. асъ. — [12]) aëneus, a, um мѣдный. — [13]) sestertius, i, m. сестерцій. — [14]) denarius, i, m. динарій. — [15]) argenteus, a, m серебряный.

genteis[15]). 9. Apud eosdem agrōrum mensūra iugĕrum[1]) fuit, quod in longitudĭnem ducentos quadraginta pedes, in latitudĭnem centum viginti patēbat, frumenti — modius[2]); tres modii tantum frumenti continēbant, quantum apud nos „мѣра“. 10. Annus habet duodĕcim menses vel trecentos sexaginta quinque dies. Mensis est tempus triginta aut unīus et triginta diērum. Dies est spatium viginti quattuor horārum.

35 (58).

1. Primus anni mensis Ianuarius est, secundus — Februarius, tertius — Martius, quartus — Aprīlis, quintus — Maius, sextus — Iunius, septĭmus — Iulius, octāvus — Augustus, nonus — September, decĭmus — Octōber, undecĭmus — November, duodecĭmus — December. Primus cuiusque mensis dies apud Rōmānos Calendae nominabātur. Ităque fuērunt Calendae Ianuariae, Aprīles, Septembres, aliae.

2. Roma condĭta est anno ante Christum natum septingentesĭmo quinquagesĭmo tertio. Regēbant civitātem initio, per annos fere ducentos quinquaginta, reges. Anno quingentesĭmo nōno creāti sunt duo annui[3]) consŭles. Per quinque fere saecŭla res publĭca a consulĭbus administrabātur. Hoc tempus in duo aequa spatia dividĭtur. Primo spatio ducentōrum quinquaginta fere annōrum Romāni totam Italiam, altero item ducentōrum quinquaginta annōrum totum fere orbem terrārum subegērunt. Anno ante Christum natum tricesĭmo primo imperātor Augustus imperium[4]) instituit. Delētum est imperĭum Rōmānum a barbăris anno post Christum natum quadringentesĭmo septuagesĭmo sexto. Ităque civĭtas Romanōrum per annos mille ducentos undetriginta mansit.

---

[1]) iugĕrum, югеръ, десятина. — [2]) modius, i, m. мѣра. — [3]) annuus, a, um избираемый на одинъ годъ. — [4]) imperium здѣсь имперія.

58 (59).

I. 1. Хвалить самого себя — большой порокъ. 2. Хорошему гражданину отечество дороже самой жизни. 3. Никто изъ насъ не силенъ[1]) во всѣхъ дѣлахъ: этому Богомъ даны[2]) одни дары, тому — другіе. 4. Счастье любитъ то одного[3]), то другого[4]). 5. Приказывать[5]) другому гораздо[6]) легче, нежели самому себѣ.

II. 1. Тѣ же самыя вещи одному вредятъ, другому полезны. 2. Дѣти однихъ и тѣхъ же родителей часто имѣютъ не одинъ и тотъ же характеръ. 3. Волкъ и собака — звѣри одной и той же породы. 4. Богатство никому еще[7]) нѣт принесло истиннаго счастья. 5. Все[8]) порицать[9]), ничего нѣт исправлять не составляетъ[10]) никакой[10]) мудрости[10]).

III. 1. Что иное есть дружба, какъ[11]) не[11]) одна душа въ двухъ тѣлахъ? 2. Кому другому болѣе вредитъ алчный, чѣмъ самому себѣ? 3. Лучше какой-нибудь миръ, чѣмъ всегда измѣнчивая побѣда. 4. Нѣкоторыя звѣзды больше солнца. 5. Почти всѣ гавани Италіи одно[12]) время были во власти пиратовъ.

IV. 1. Наказаніемъ одного иногда будутъ исправлены многія тысячи людей. 2. Солнце за[13]) тысячу лѣтъ имѣло тотъ же свѣтъ и ту же теплоту, какъ † и[14]) теперь. 3. Земля вращается вокругъ себя самой въ теченіе[15]) двадцати четырехъ часовъ, вокругъ солнца — въ теченіе одного года. 4. Самая высокая гора Азіи имѣетъ въ вышину[16]) двадцать семь тысячъ футовъ, самая высокая гора Европы только четырнадцать тысячъ семьсотъ шестьдесятъ футовъ. 5. Какія три части свѣта были извѣстны древнимъ народамъ? Какія пять частей свѣта знаемъ мы теперь?

V. 1. Часто вторая мысль[17]) бываетъ хуже первой. 2. Годъ имѣетъ триста шестьдесятъ пять дней или восемь тысячъ семь-

---

[1]) valēre. — [2]) concedĕre. — [3]) hic. — [4]) ille. — [5]) imperāre. — [6]) multo. — [7]) adhuc. — [8]) множеств. ч. — [9]) vituperāre. — [10]) не † есть никакая мудрость. — [11]) nisi. — [12]) = нѣкоторое. — [13]) ante. — [14]) atque. — [15]) intra съ винит. п. — [16]) altitūdo, dĭnis, f. — [17]) consilium, i, n.

сотъ шестьдесятъ часовъ; слѣдовательно[1]), день есть триста шестьдесятъ пятая, часъ — восемь тысячъ семьсотъ шестидесятая часть года. 3. Умершіе у римлянъ были хоронимы большею частію на† восьмой день. 4. Іерусалимъ[2]) былъ разрушенъ[3]) римскимъ императоромъ Титомъ въ семидесятомъ году по Р. Х. 5. Имя первому и послѣднему царю римлянъ было Ромулъ.

---

[1]) igĭtur. — [2]) Hierosolўma, ōrum, n. — [3]) dirŭtus, a, um.

37 (60).

1. Coélum nón animúm mutánt, qui tráns mare cúrrunt.
2. Cúra pií dis[1]) súnt et, quí coluére[2]), colúntur.
3. Dúm virés anníque sinúnt[3]), toleráte labóres.
4. Heú, quam difficile ést crimén[4]) non pródere[5]) vúltu!
5. Léctio[6]), quaé placuít deciés[7]) repetíta[8]) placébit.
6. Nón opibús[9]) mentés hominúm curaéque levántur[10]).
7. Nóscitur[11]) éx sociís[12]), qui nón cognóscitur éx se.
8. Spém retiné[13]), spes úna hominém nec mórte[14]) relínquit.
9. Témpora mútantúr, nos ét[15]) mutámur in íllis.
10. Una salús victís nullám speráre salútem.
11. Nón procul á proprió[16]) stípite[17]) póma[18]) cadúnt.
12. Dónec[19]) erís felíx, multós numerábis amícos.
    Témpora sí fuerínt núbila[20]), sólus erís.
13. Návita[21]) dé ventís, de taúris nárrat arátor[22]).
    Enumerát[23]) milés vúlnera, pástor ovés.
14. Póma[24]) dat[25]) aútumnús, formósa[26]) est méssibus[27]) aéstas.
    Vér praebét florés, ígne levátur[28]) hiéms.
15. Quíd magis ést saxó durúm, quid móllius[29]) únda[30])?
    Dúra tamén mollí sáxa cavántur[31]) aquá.

---

[1]) dis = deis. — [2])= coluērunt. — [3]) sino, ĕre позволять. — [4]) crimen, ĭnis, n. провинность. — [5]) prodo, ĕre выдавать. — [6]) lectio, ōnis, f. чтеніе. — [7]) decies десять разъ. — [8]) repetītus, a, um повторенный. — [9]) opes, um богатство. — [10]) levo, āre облегчать. — [11]) nosco, ĕre узнавать. — [12]) socius, i, m. союзникъ, товарищъ. — [13]) retineo, ēre удерживать, хранить. — [14]) nec morte даже и при смерти не... — [15]) nos et вм. et nos. — [16]) proprius, a, um собственный. — [27]) stipes, ĭtis, m. стволъ. — [18]) pomum, i, n. яблоко. — [19]) donec пока. — [20]) nubĭlus, a, um облачный. — [21]) navīta = nauta. — [22]) arātor, ōris, m. пахарь. — [23]) enumĕro, āre высчитывать. — [24]) см. 18. — [25]) do, dare давать. — [26]) formōsus, a, um красивый. — [27]) messis, is жатва; здѣсь: посѣвъ (готовый для жатвы). — [28]) см. 10. — [29]) mollis, e мягкій. — [30]) unda, ae, f. волна. — [31]) cavo, āre выдалбливать.

ORBIS ROMANUS PICTUS.

I (14).

Начало, величіе и паденіе Рима.

Roma condĭta est in Latio[1]), in sinistra ripa fluvii Tiběris[2]), saecŭlo octāvo[3]) ante Christum natum. Initio fuit parvum oppĭdum;



Римъ въ началѣ своего существованія.

incŏlae in casis, per tumŭlos disiectis[4]), habitābant; non altus murus praesidium erat[5]). Victus asper fuit: rustĭca negotia erant praecipua, praeterea perpetua bella cum finitĭmis popŭlis Latii imminēbant.

---

[1]) Latium, i. n. Лаціи (область въ древней Италіи). — [2]) род. п. отъ сущ. 3-го скл. Tiběris, m. Тибръ. — [3]) octāvus, um восьмой. — [4]) disiectus, a, um разбросанный. — [5]) erat здѣсь: служила.

Римъ во время своего величія.

Sed cito populus Romānus finitimos superāvit. Deinde, victoriis superbus, non solum cum populis Italiae, sed etiam cum populis aliārum terrārum bellābat. Tum res publica Romanōrum praecipue floruit: victoriae ubique exercitus Romanōrum ornābant, domi ~~cuncti~~ omnes patriae bono serviēbant, — et multa exempla constantiae et fidei historia populi Romāni nobis[1]) servāvit. Paulo[2]) ante Christum natum populi totius fere terrae, tum notae, imperio Romanōrum parēbant.

Sed potentia et res secundae populo Romāno nocuērunt. Nam undique, etiam e longinquis terris, comportātae[3]) divitiae Romam complevērunt. Aurum et argentum luxuriam creavērunt et animum populi mollivērunt. Iam victus asper non placēbat, et pulchra aedificia tum Romam ornavērunt. Iam non agricultūra et bella, sed desidia et magnifici ludi[4]) Romānos delectābant. Iam apud populum res privātae plus, quam publicae valēbant. ~~Saepe~~ Etiam tumultus urbāni saeviēbant.

Ita paulātim res publica ~~ad~~ perniciem inclinābat[5]). Victi populi alii post alios rebellābant[6]) et dominos suos terrēbant. Deinque

1) nobis намъ. — 2) paulo незадолго. — 3) comportātus, a, um привезенный. — 4) ludi здѣсь: игрища. — 5) inclīuo, āre клониться. — 6) rebello, āre возставать.

saecŭlo quinto[1]) post Christum natum Germāni[2]) cum aliis barbăris Romam vastavērunt et imperium Romānum delevērunt.

Etiam nostris diēbus Roma magna et pulchra est, sed praecipue clara est memoria Romae antīquae. Et multae ~~ruinae~~ reliquiae antiquōrum aedificiōrum et templōrum praeteritae gloriae monumenta sunt[3]).

II (15).

Религія древнихъ римлянъ.

Antīqui Romāni unum verum Deum ignorābant, sed multis deis supplicābant. Dei, ut putābant, fuērunt domĭni natūrae et rerum humanārum: alii in coelo, alii in terra, alii in aqua habitābant.

Incŏlae coeli primum locum inter deos tenēbant; summum autem imperium Iuppĭter[4]) habuit. Is domĭnus totīus mundi fuit; eum etiam dei timēbant et ei parēbant; eius potentia immensa erat. Romāni in Capitolio[5]), alto loco Romae, magnificum templum ei aedificavērunt. In eo templo statua[6]) dei erat. Apud aram victĭmas[7]) mactābant. Ita in rebus adversis iram dei placābant. Nutum[8]) eius per auguria divinābant; id popŭlus perītis viris mandābat.

---

[1]) quintus, a, um пятый. — [2]) Germānus, i, m, германецъ. — [3]) sunt здѣсь: служатъ. — [4]) Iuppĭter Юпитеръ. — [5]) Capitolium, i, n. Капитолій (кремль древняго Рима). — [6]) statua, ae, f. статуя. — [7]) victĭma, ae, f. жертвенное животное. — [8]) nutus, us, m. воля.

Praeterea Vestae deae supplicābant. Sub praecipua eius tutēla[1]) vita domestĭca fuit, et ob eam causam in domĭbus Romanōrum arae eius fuērunt. Ei in multis locis rotunda[2]) templa Romāni aedificavērunt.

Fuērunt etiam dei infĕri[3]). Ei sub terra habitābant. Ad eos anĭmae mortuōrum migrābant. Regnum eōrum obscūrum et plenum tristitiae erat. Redĭtus ab eis nullus fuit. Eis nigros tauros mactābant Romāni.

III (16).

Дома богатыхъ римлянъ.

Romāni, postquam luxuriam adamavērunt[4]), magnificas domos sibi aedificavērunt.

Domus eōrum non multas et parvas fenestras[5]) habēbant, sed magnam lacūnam[6]) in medio tecto[7]). Per eam pluvia complēbat impluvium[8]), in solo factum. Ante ianuam erat vestibŭlum[9]), post ianuam ostium[10]) cum cella[11]) ostiarii[12]).

---

[1]) tutēla, ae, f. охрана. — [2]) rotundus a, um круглый. — [3]) infĕri, ōrum преисподніе (боги). — [4]) adămo, āre полюбить. — [5]) fenestra, ae, f. окно. — [6]) lacūna, ae, f. отверстіе. — [7]) in medio tecto по срединѣ крыши. — [8]) impluvium, i, n. водоемъ. — [9]) vestibŭlum, i, n. сѣни. — [10]) ostium, i, n. передняя. — [11]) cella, ae, f. каморка. — [12]) ostiarius, i. m. привратникъ.

Ex ostio exĭtus erat in magnum et latum atrium, ubi servi et amīci mane salutābant domĭnum et familia interdiu[1]) habitābat.



Erat in atrio focus[2]), locus sacer, ubi tota familia deis domestĭcis sacrificābat.

Ornātum erat atrium avōrum simulacris, e cera[3]) factis; columnae[4]) portābant[5]) tectum.

Circum atrium sita erant cubicŭla[6]) et triclinia[7]), ubi cenābant, cellae denĭque servōrum.

Apud domum saepe hortus fuit.



---

[1]) interdiu днемъ. — [2]) focus, i, m. очагъ. — [3]) cera, ae, f. воскъ. — [4]) columna, ae, f. колонна. — [5]) portāre здѣсь: поддерживать. — [6]) cubicŭlum, i, n. спальня. — [7]) triclinium, i, n. триклиній, столовая.



IV (26).

Общее описаніе Рима.

Roma ob virtūtem civium, ut antea commemoravĭmus, cito floruit et septem[1]) montes occupāvit. Totum id spatium valĭdo muro Romāni munivērunt. Is per multa saecŭla urbem ab hostĭbus defendēbat. Saecŭlo autem tertio[2]) post Christum natum novus murus magni circuĭtus[3]) aedificātus est. Eius ruīnae etiam nunc restant. In muro turres eminēbant. Per multas portas, in muro factas, viae in omnes partes Italiae ex urbe ducēbant. In media fere parte urbis fuit arx Capitolium cum multis deōrum templis. Iuxta[4]), in valle, inter montes sita, Forum Romānum iacēbat, ubi magistrātus ius dicēbant[5]) et tabernae[6]) mercatōrum erant. Is locus paulātim multis et pulchris aedificiis publĭcis ornātus erat. Inde viae per totam urbem discedēbant. Ex eis una, Sacra via, recte[7]) in Capitolium ducēbat. Ab[8]) altĕra parte Capitolii flumĭni Tibĕri adiacēbat campus Martius, ubi cives de rebus publĭcis consilia habēbant. Postea ibi magnifica aedificia, theātra[9]) et templa, aedificāta erant. Inde despectus erat in flumen Tibĕrim et insŭlam, in eo sitam.

---

[1]) septem (нескл.) семь. — [2]) tertius, a, um, третій. — [3]) circuĭtus, us, m. окружность. — [4]) iuxta подлѣ. — [5]) dicĕre ius производить судъ. — [6]) taberna, ae, f. лавка. — [7]) recte прямо. — [8]) ab здѣсь: съ. — [9]) theatrum, i. n. театръ.

Капитолій.
Круглый храмъ Весты.

Трибуналъ.
Римскій форумъ.

V (31).

Сословія въ Римѣ.

Rōmānis servi erant necessarii; nam libĕri cives in negotiis publĭcis totum fere diem consumēbant, Forum et alia loca frequentantes, in servos autem omnes difficĭles labōres imposĭti erant. Tamen etiam cives non omnes inter se pares fuērunt. Nam eis, qui claros maiōres habēbant, via ad omnes honōres patēbat; nomen eis erat patricii[1]) vel nobĭles. Relĭqua autem civium multitūdo, quae nomen plebis[2]) habebat, minus in re publĭca valēbat; inter eos multi mercatōres et opifices[3]) fuērunt.

Erat apud Rōmānos vetus mos, quo[4]) homĭnes ex plebe, praecipue pauperiōres, patrōnos[5]) sibi[6]) inter nobĭles sumēbant et eōrum fidei[7]) se commendābant. Patrōnus clientes[8]) suos — id autem nomen habēbant — in iudiciis defendēbat, praeterea cibo aut pecunia eos iuvābat; grati clientes patrōno in rebus adversis multa officia praestābant[9]); quin etiam[10]) quotidie mane domĭnum salutābant et in Forum eum deducēbant. Quo[11]) plures clientes patricius habēbat, eo[11]) magis inter cives valēbat.

Erat etiam inter libĕros cives et servos vestītus[12]) discrīmen. Nam servi modo tunĭcam, libĕri super tunĭcam[13]) togam induēbant. Toga erat insigne civis Rōmāni.

---

[1]) patricius, i, m. патрицій. — [2]) plebs, plebis, f. плебеи. — [3]) opĭfex, fĭcis, m. ремесленникъ. — [4]) quo здѣсь: по которому. — [5]) patrōnus, i, m. патронъ, покровитель. — [6]) sibi себѣ. — [7]) fides здѣсь: покровительство. — [8]) cliens, clientis, m. кліентъ. — [9]) praesto, āre оказывать. — [10]) quin etiam мало того. — [11]) quo — eo чѣмъ — тѣмъ. — [12]) см. правило 7. — [13]) tunĭca, ae, f. туника, рубаха.

VI (33).

Клієнты у патрона.

Mane erat. Tamen omnes viae urbis Romae iam hominum plenae erant, quorum alii in Forum, alii in Capitolium properābant. Interea ad magnificam domum Marci Aurelii Cottae, nobilissimi et divitissimi viri, turba clientium convēnit. Nonnulli eōrum diu in vestibŭlo servum Davum exspectābant, qui quotidie ianuam aperiēbat et clientes ad patrōnum admittēbat.

Tandem servus se ostendit et, ad clientes conversus[1]), rogāvit: „Omnes venistis?“ — „Omnes hic[2]) sumus, iam diu te exspectāmus“, respondērunt. „Intrāte; iam tempus est salutāre patrōnum vestrum“. Tum clientes alius post alium in atrium intravērunt, ubi dominus in sella[3]) sedēbat.

Clientes. „Salutāmus te, rex noster; optāmus tibi bonam valetudĭnem et prosperitātem in rebus tuis“.

---

[1]) conversus обратившійся; здѣсь: обратившись. — [2]) hic здѣсь. — [3]) sella, ae, f. кресло.

Patrōnus. „Gratias vobis ago. Quomŏdo[1]) vos valētis[1])? Et tu venisti, Tite Vorēne! Iam audīvi de calamitāte tua“.

Vorēnus. „Heu[2]) me misĕrum[2])! Incendio domus mea delēta est; omnia bona mea amīsi. Nunc auxilium tuum implōro; nam tu solus spes mea es“.

Patrōnus. „Noli[3]) dolēre[3]), miser Vorēne! Nunquam clientes meos in calamitāte relīqui. Ecce[4]), sume pecuniam, quam tibi iam parāvi“.

Clientes. „Maxĭmas tibi gratias agĭmus, optĭme domĭne! Quem nostrum tu non iuvisti? quem ex periclŭlis non servavisti?“

Patrōnus. „Id est officium meum. Et vos mihi saepe utĭles fuistis. Sed valēte. Iam me negotia publĭca in Forum vocant“.

Interea octo[5]) validi servi lectīcam ad vestibŭlum apportavērunt. Domĭnus, e domo egressus[6]), in eam ascendit. Clientes lectīcam cingunt et una in Forum procēdunt, obviam turbam dimoventes.

[1]) quomŏdo vos valētis? какъ вы поживаете? — [2]) heu me misĕrum! о я несчастный! — [3]) noli dolēre не думай горевать; не горюй. — [4]) ecce вотъ. — [5]) octo (нескл.) восемь. — [6]) egressus вышедшій; здѣсь: вышедши.

VII (36).

Государственное устройство Рима.

Romāni initio reges habuērunt, qui ad[1]) arbitrium suum civitātem regēbant. In rebus gravioribus reges convocābant consilium, quod ex viris clarissĭmis et sapientissĭmis constābat. Nomen ei consilio senātus fuit. Sed ob nimiam unīus regis superbiam Romāni eum ex urbe expulērunt. In eius locum popŭlus duos[2]) consŭles creāvit et eis totum id imperium, quod antea apud reges fuĕrat, mandāvit. Ex[3]) eo tempŏre popŭlus quotannis novos consŭles creābat. Apud eos summa potestas in pace et summum imperium in bello erat. Ei inter alios magistrātus insignĭbus imperii eminēbant; nam, quum in publĭcum[4]) procedēbant, duodĕcim[5]) lictōres cum fascĭbus eis praecedēbant.

Ut antea reges, sic tum consŭles senātum convocābant, cuius curae popŭlus res sacras, pecuniam publĭcam, belli[6]) pacisque[6]) consilia mandavĕrat.

---

[1]) ad здѣсь: по. — [2]) duos двухъ; вин. мн. отъ duo два. — [3]) ex здѣсь: съ. — [4]) in publĭcum на улицу. — [5]) duodĕcim (нескл.) двѣнадцать. — [6]) см. правило 7.

Ipse[1]) autem populus magistrātus creābat, in gravissĭmis causis[2]) ius dicēbat[3]), leges iubēbat[4]); ad eas res comitiis in campum Martium conveniēbat.

Talem formam res publica Romanōrum per quinque[5]) fere saecŭla servāvit. Paulo[6]) ante Christum natum principātum obtinuit Augustus, qui fuit primus imperator[7]) Romanōrum.

VIII (37).

Земледѣліе, какъ главное занятіе римлянъ.

Apud veteres Romānos primis rei publĭcae temporĭbus agricultura in magno honōre fuit. Agrum saepe populus ei donavit, qui fortĭter cum periculo vitae pro patria pugnavĕrat. Id fuit maxĭmum virtūtis

---

[1]) ipse самъ. — [2]) causa здѣсь: судебное дѣло. — [3]) dicĕre ius производить судъ. — [4]) iubēre здѣсь: утверждать. — [5]) quinque (нескл.) пять. — [6]) paulo незадолго. — [7]) imperātor здѣсь: императоръ (титулъ царствующаго лица).

praemium. Cives ipsi arābant; etiam clarissĭmi duces ab armis ad aratrum accedēbant[1]), neque raro senātus duces ab aratro ad bellum vocāvit. Tum plures cives ruri[2]), quam in urbe habitābant, parvo agro contenti et libenter molestias vitae rustĭcae tolerantes.

Sed postquam divitiae et luxuria mores mutavērunt, libĕri Romāni agricultūram neglexērunt. Tum omnia opĕra rustĭca in servos imposuērunt. Nonnŭlli ingentia praedia[3]) habēbant, in quibus magnus numĕrus servōrum terram colēbat. Tamen frumentum, quod in Italia proveniēbat, multitudĭni homĭnum iam non satis erat. Ităque incŏlae aliārum terrārum, praecipue Siciliae et Africae, id supportābant.

[1]) accedĕre ad aratrum здѣсь: браться за плугъ.— [2]) ruri въ деревнѣ.— [3]) praedium i. n. помѣстье.



Улица въ древнемъ римскомъ городѣ.

IX (38).

Приглашеніе на дачу.

Hora fere nona[1]), quum cives iam e Foro domos prope.ābant, in Sacra via duo[2]) hom̆ines convenērunt, Gaius Cornelius Gallus, nob̆ilis Romānus, et Sextus Rutilius Rufus, amīcus eius.

Gallus. „Salve, Rufe! Ut vales, amīce carissĭme?“

Rufus. „Ut vides, Galle. Sed sol vehementer urit; vix calōrem eius tolĕro, a quo hic[3]) in urbe perfugium invenio nullum“.

---

[1]) nonus, a, um девятый. Hora nona, по древнеримскому счету; по нашему счету третій часъ дня. — [2]) duo два. — [3]) hic здѣсь.

Gallus. „Valde me tui misĕret[1]). Ego iam diu in villam migrāvi et in urbem modo tum venio, quum me negotia vocant. Hodie[2]) domum propĕro. Maxime me delectābis, si mihi comes[3]) eris“.

Rufus. „Gratias tibi ago. Otium rusticum valde recreābit me, urbāno tumultu fatigātum“.

Gallus. „Iucundissĭme ibi tempus consumēmus. Ostendam tibi villam meam. Placēbit tibi, ut spero. Ităque hodie, sub[4]) occāsum solis, ad portam Capēnam[5]) veni; ego te cum reda[6]) exspectābo. Equi mei celĕres sunt: ad noctem in villam veniēmus. Nunc vale!“

X (39).

Дача богатаго римлянина.

Hora constitūta Rufus ad portam Capēnam venit, ubi Gallus eum iam exspectābat. Ascenderunt in redam, et equi, a[7]) perīto redario[8]) incitāti, celerĭter via Appia cucurrērunt. Post tres horas ad villam pervenērunt et, quia nox erat, dormītum[9]) discessērunt.

Mane, quum Rutilius dormiēbat, intrāvit ad eum Gallus et: „Surge[10]), inquit, amīce: iam hora diēi tertia[11]) est; surge! Ducam te per villam meam; videbis multas res, quae tibi, urbāno homĭni, ignōtae sunt“.

Post unam horam amīci iam in horto fuērunt, qui domui adiacēbat. Multa[12]) ibi admiratiōnem Rufi movērunt: lacus, pleni rarissimō-

---

[1]) me tui misĕret мнѣ тебя жалко. — [2]) hodie сегодня. — [3]) comes, comĭtis, m. спутникъ. — [4]) sub здѣсь: при. — [5]) porta Capēna Капенскія ворота (находящіяся въ южной части древняго Рима; отъ нихъ начиналась Аппіева дорога). — [6]) reda, ae, f. повозка. — [7]) a здѣсь не переводить. — [8]) redarius, i., m. возничій. — [9]) dormītum — супинъ; см. вокаб. § 14. — [10]) surgo, ĕre вставать. — [11]) tertius, a, um третій. — [12]) перевести единств. числомъ.

rum et mansuetōrum[1]) piscium, vivaria[2]), ubi erant multa genĕra bestiārum, quae ex Asia et Africa advectae[3]) erant; praeterea arbŏres, pulchre circumcīsae[4]) et ordinĭbus consĭtae[5]); denĭque statuae deōrum et deārum, e marmŏre[6]) factae.

„Quam felix es, Galle, clamāvit Rufus, admiratiōnis plenus; nihil simĭle vidi neque vidēbo. Tam magnifĭca omnia[7]) sunt!“

Respondet Gallus: „Gratum mihi est, quod[8]) omnia tibi placuērunt. Cras[9]) novam voluptātem tibi praebēbo. Videsne[10]) silvam, procul iacentem? Sunt ibi multi apri[11]), qui agris meis plurĭmum nocent. Ităque venatiōnem instituēmus et unum vel altĕrum necabĭmus. Sed hora cenae appropinquat; fames iam diu nos domum vocat“.

[1]) mansuētus, a, um ручной. — [2]) vivarium, i, n. звѣринецъ. — [3]) advectus, a, um привезенный. — [4]) circumcīsus подстриженный (о деревѣ). — [5]) consĭtus, a, um посаженный. — [6]) marmor, ŏris, n. мраморъ. — [7]) перев. един. ч. — [8]) quod что. — [9]) cras завтра. — [10]) ne (частица вопросит.) ли. — [11]) aper, apri, m. кабанъ.

XI (40).

Охота на набана.

Postĕro die venatōres, venabŭlis[1]) armāti, ad silvam convenerunt. Ibi iam multi servi erant, quorum alii plagas[2]) tendĕbant, alii cum canĭbus bestiam investigābant[3]).

Gallus et Rufus ante plagas locum obtinuērunt et exspectābant aprum, parāti eum ferīre[4]), quum primum[5]) se ostendĕrit. Subĭto canes latrātu[6]) et venatōres clamorĭbus silvam complevērunt. „Attentus es, amīce, inquit Gallus: appropinquat bestia; protĭnus eam videbĭmus".

Dum hoc dicit, procurrit aper, irruit in plagas, rumpit eas, furibundus[7]) ipsum Gallum petit. Iam eum terribilĭbus dentĭbus vulnerāre parābat, sed eo ipso tempŏre Rufus aprum venabŭlo ferit. Is cadit. Iacentem canes cingunt. Accurrunt venatōres. Aper, vulnerĭbus confectus, anĭmam efflāvit.

Vespĕre Rufus, vita rustĭca delectatus, Romam revertit[8]).

---

[1]) venabŭlum, i., n. охотничье копье. — [2]) plaga, ae, f. сѣть. — [3]) investĭgo, āre выслѣживать. — [4]) ferio, īre поражать. — [5]) quum primum лишь только. — [6]) latrātus, ūs, m. лай. — [7]) furibundus, a, um яростный. — [8]) revertit (онъ) возвратился.

XII (42).

Географическое описаніе древней Италіи.

Italia ab Alpĭbus longe in mare procurrit[1]), quod nunc Mediterraneum appellātur. Multo[2]) plus in longitudĭnem, quam in latitudĭnem tenditur. In medio erigĭtur mons Apennīnus; is, perpetuo iugo[3]) per totam fere paeninsŭlam[4]) currens, in duos[5]) quasi ramos dividĭtur. Flumĭna habet non multa; inter ea notissĭmi sunt Padus[6]) et Tiběris. Tiběris profluit ex Apennīno: deinde multis rivis augētur et, fere e medio ad navigatiōnem idoneus, lato ostio in mare influit. In sinistra eius ripa, ut antea dixĭmus, Roma vetus sita erat.

Italia iam ab antīquis temporĭbus laudātur ob amoenitātem locōrum et praecipue ob salubritātem coeli[7]), quod mari propinquo mollītur. Sed felicissĭma Italiae regio est Campania. Nobilissĭmae ibi vites[8]) et olīvae[9]) gignuntur; mare omni genĕre piscium abundat; ora maritĭma multos habet portus, quorum litŏra olim villae divĭtum Romanōrum ornābant. Pulcherrĭmus est sinus Neapolitānus, apud quem Neapŏlis sita est, urbs iam antiquis temporĭbus celeberrĭma. Prope eam urbem mons Vesuvius erigĭtur, ignes efflans. Primo post Christum natum saecŭlo eruptiōne[10]) eius, tum primum[11]) facta, duae urbes obrŭtae erant, quarum ruīnae nostris temporĭbus cum maxĭma cura eruuntur.

Parvo freto[12]) ab Italia Sicilia dividĭtur. Insŭla olim fertilitāte agrōrum clarissĭma fuit et a scriptorĭbus Romānis saepe horreum reĭ publĭcae appellātur. Etiam ibi mons est, ignes efflans; nominātur Aetna. Ex urbĭbus notissĭmae fuērunt Syracūsae.

---

[1]) procurrit здѣсь: вдается. — [2]) multo гораздо. — [3]) iugum, i, n. здѣсь: цѣпь. — [4]) paeninsŭla, ae, f. полуостровъ. — [5]) duo, duae, duo два; склоненіе см. въ § 57 вокабуларія. — [6]) Padus, i, m. По. — [7]) coelum здѣсь: климатъ. — [8]) vitis, is, f. виноградная лоза. — [9]) oliva, ae, f. оливковое дерево. — [10]) eruptio, ōnis, f. изверженіе. — [11]) primum впервые. — [12]) fretum, i, n. проливъ.



ДРЕВНЯЯ ИТАЛІЯ,
ИСПАНІЯ
и
КАРѲАГЕНЪ.

XIII (43).

Гаданіе на Марсовомъ полѣ передъ избраніемъ консуловъ.

Narrantur res, quae multo[1]) ante Christum natum Romae gestae[2]) sunt[2]).

Media nox[3]) erat, et stellae fulgēbant in coelo serēno. Viae urbis iam diu vacuae erant. Ecce autem Sacra via in Campum Martium prŏpĕrat Titus Manlius Torquātus consul (collēga eius cum finitĭmis pŏpŭlis bellum gerēbat) cum augŭre[4]) et praecōne[5]). Postquam in eum locum venērunt, ubi comitia habentur[6]), augur lituo[7]) orbem in terra circumdūcit et in medio eius orbis cum consŭle consīdit. Velantur[8]) capĭta et silentium nuntiātur. Tum augur, manus ad coelum tendens: „Iuppĭter optĭme maxĭme[9]), inquit, si precĭbus nostris movēris, fave instantĭbus[10]) popŭli Romāni comitiis et mitte nobis signum secundum“. Vix dixĕrat, quum[11]) subĭto a[12]) sinistra parte stella de coelo cecĭdit. Ubi eam vidit, ad consŭlem conversus[13]): „Ecce, inquit, nobis signum secundum mittĭtur; bono[14]) anĭmo[14]) ad rem accēde“. Statim consul iubet[15]) praecōnem in Capitolium properāre et signo, ex arce dato, popŭlum in campum vocāre.

XIV (44).

Избраніе консуловъ.

Prima luce[16]) viae complentur a popŭlo, qui, signo excitātus, in Campum Martium ruēbat. Ibi consul cum insignĭbus imperii, a sacerdotĭbus cinctus, in tribunāli[17]) popŭlum exspectābat. Brevi tempŏre omnes convenērunt et totum locum circum tribunal complevērunt.

---

[1]) multo задолго. — [2]) происходили. — [3]) media nox полночь. — [4]) augur, ŭris гадатель. — [5]) praeco, ōnis глашатай. — [6]) habentur здѣсь: происходятъ. — [7]) lituus, i, m. жезлъ (загнутый). — [8]) velo, āre покрывать. — [9]) optĭme maxĭme благій, великій! (обыкновенное молитвенное обращеніе древнихъ римлянъ къ Юпитеру). — [10]) instans, antis предстоящій, ая, ое. — [11]) quum здѣсь: какъ. — [12]) a здѣсь: съ. — [13]) conversus, обратившійся; здѣсь: обратившись. — [14]) bono anĭmo спокойно. — [15]) iubēre сочинено съ вин. пад. — [16]) prima luce на разсвѣтѣ. — [17]) tribūnal, ālis трибуналъ (возвышенное мѣсто на площади, съ котораго должностныя или частныя лица говорили къ народу).

Tum sacrificium et supplicatio deōrum instituitur. Deinque consul hanc orationem ad populum habet: „Pauci iam menses huius anni restant; iam tempus est novos consules creare. Itaque hodie[1]) vos, Quirites[2]), more[3]) maiorum a me in hunc campum convocamini. Non solum meo, sed etiam collēgae nomine commendo[4]) vobis Tiberium Aemilium Mamercīnum et Quintum Publilium Philōnem, viros optimos; his secūre salūtem rei publicae committētis. Fidem[5]) habēte nobis, consulibus: non amicitia movēmur, sed rei publicae commŏdo ducimur. Raro tam strenui et tam fortes viri inveniuntur. Hos viros, si et vobis ita vidētur, consules creāte, Quirites“.

Attente haec verba consŭlis ab omnibus audiuntur. Deinde populus in centurias[6]) dividĭtur, quae in loca, iam antea designāta, discēdunt. Tum res in consultatiōnem[7]) venit[7]); deinque suffragia numerantur. Cunctis centuriis candidāti[8]), quos consul commendavĕrat, consŭles[9]) renuntiantur.

XV (45).

Жертвы и обѣты новыхъ консуловъ въ Капитоліи.

Iam Idus[10]) Martiae[10]) anni insequentis venērunt, quo die novi consŭles priorĭbus succedēbant. Hoc die ante lucem ab utrōque consŭle habebantur auspicia[11]), deinde induebātur toga alba cum lato purpureo[12]) clavo[13]), quae praetexta[14]) nominabātur. Hac veste indūti, salutabantur a nobilĭbus civĭbus, propinquis, clientĭbus, qui omnes in domos consŭlum mane ad salutatiōnem conveniēbant. Post eam salutatiōnem cuncti pompa[15]) sollemni in Capitolium ascendēbant; praecedēbant novi consŭles.

---

[1]) hodie сегодня. — [2]) Quirītes, tium квириты (имя, которымъ называли римскихъ гражданъ въ торжественныхъ къ нимъ обращеніяхъ). — [3]) more по обычаю. — [4]) commendāre здѣсь: рекомендовать. — [5]) fides здѣсь: вѣра. — [6]) centuria, ae, f. сотня (дѣленіе римскихъ гражданъ). — [7]) in consultatiōnem venīre подвергаться обсужденію. — [8]) candidātus, i кандидатъ — [9]) перевести творит. падежомъ; см. правило 11. — [10]) Idus Martiae мартовскія иды (15-е марта). — [11]) auspicium, i, n. гаданіе. — [12]) purpureus, a, um пурпуровый. — [13]) clavus, i, m. кайма. — [14]) praetexta, ae, f. претекста. — [15]) pompa, ae, f. шествіе, процессія.

Ita tum fuit. Hora constitūta Tiberius Aemilius Mamercīnus et Quintus Publilius Philo, turba amicōrum et clientium cincti, in Capitolium ad templum Iovis[1]) convenērunt. Statim ad aram bos albus

Консулы. Жрецъ.

cum aurātis[2]) cornĭbus, corōnis ornātus, adducĭtur; sacerdos inter eius cornua molam[3]) salsam[3]) spargit, deis eum devŏvens. Deinde accēdit minister et bovem mactat. Dum hostia[4]) in partes dividĭtur, quae in aram imponuntur, novi consŭles in templo ante Iovis simulacrum vota nuncupābant[5]): „Iuppĭter optĭme maxĭme[6]), si huic rei publicae hisque civĭbus in pace securitātem, in bello victorias donābis, nos, dum consŭles erĭmus, te magnifĭcis sacrificiis et donis colēmus[7]). Audi preces nostras, summe deōrum, et fave, pater, nobis, qui nunc, consŭles[8]) beneficio popŭli Romani creāti, tibi supplicāmus“.

---

[1]) Iuppĭter склоняется такъ: Iovis, Iovi, Iovem, Iove. — [2]) aurātus, a, um позолоченный. — [3]) mola salsa мука съ солью. — [4]) hostia, ae, f. жертвенное животное. — [5]) nuncupāre произносить. — [6]) optĭme maxĭme благій, великій! — [7]) colĕre здѣсь: чтить. — [8]) перевести твор. над.; см. прав. 11.

Postquam vero Iovi supplicavērunt et vota nuncupavērunt, ex templo excēdunt et clamorĭbus populi salutantur. Interea iussu[1]) consŭlum a praecōne[2]) senātus in templum Iovis iam convocabātur.

XVI (46).

Засѣданіе сената.

Cito senatōres in templum convenērunt. Postquam in suis locis consedērunt, Tiberius Aemilius Mamercīnus, qui maior aetāte fuit, surrēxit[3]) et ita cum eis egit[4]): „Vetus est mos, patres conscripti[5]), ex[6]) quo senātus a nobis, consulĭbus, statim post votōrum nuncupatiōnem[7]) de rebus divīnis et humānis consulĭtur. Hunc morem servantes, rei publĭcae statum ostendēmus[8]). Raro, patres conscripti, in tam prospĕris rebus convocamĭni. Nam per totum superiōrem annum neque prodigiis[9]) terrebāmur, neque publĭca calamitāte opprimebāmur, praeterquam[10]) quod[10]) altĕrum consŭlem in bello cum finitĭmis popŭlis amisĭmus. Quamquam id bellum ab hostĭbus acrĭter gerebātur, tamen saepius victōres fuĭmus, quam victi. Sed maius bellum nobis imminet. Nam hostium copiae in dies[11]) augentur; oppĭda eōrum, quae antea parvis praesidiis custodiebantur, nunc cum maxĭma cura muniuntur. Ităque et nos novos exercĭtus parāre cogĭmur. Iubēte, patres conscripti, nos[12]), consŭles, delectum habēre[13]) et pecuniam, ad hoc bellum necessariam, ex aerario[14]) sumĕre. Sine mora hoc statuĭte. Qui sic putātis, in hanc partem discedīte; qui alĭter, in altĕram partem".

Maior pars probāvit id, quod a consŭle proponebātur. Ex[6]) sententia eōrum senātus[15]) consultum[15]) factum est. Tum consul senātum dimīsit. Ipse et collēga eius cum turba amicōrum domos revertērunt[16]).

---

[1]) iussu по приказанію. — [2]) praeco, ōnis глашатай. — [3]) surrexit (онъ) поднялся. — [4]) agĕre здѣсь: говорить. — [5]) patres conscripti обычное обращеніе къ сенаторамъ; переводить: сенаторы. — [6]) ex здѣсь: согласно. — [7]) nuncupatio, onis, f. произнесеніе. — [8]) ostendĕre здѣсь: представить. — [9]) prodigium, i, n. дурное предзнаменованіе. — [10]) praeterquam quod кромѣ того что. — [11]) in dies со дня на день. — [12]) вин. п. отъ iubēre. — [13]) habēre здѣсь: произвести. — [14]) aerarium, i, n. казначейство. — [15]) senatus consultum рѣшеніе сената, сенатское постановленіе. — [16]) revertērunt (они) возвратились.

XVII (47).

Конныя ристанія въ циркѣ.

Diēbus festis Romāni variis ludis delectabantur. Ad hanc rem Romae aedificia publica exstructa erant: theātra, in quibus ludi scenĭci[1]) instituebantur, praeterea circi et amphitheātra; illi ad cursus equestres destināti erant, haec ad pugnas hominum inter se (hi gladiatōres appellabantur) et ad venatiōnes bestiārum.

In meridionāli[2]) parte urbis, inter duos[3]) montes, situs erat Circus Maxĭmus, aedificium oblongum[4]), sedĭbus cinctum, ubi interdum ad trecenta[5]) milia[5]) hominum ludos spectābant. Olim die festo in hoc circo ludi edĭti[6]) sunt[6]).

A prima luce[7]) sedes occupātae erant ingenti multitudĭne popŭli. Omnes, spectacŭli avĭdi, sollemnem pompam exspectābant, quae ex Capitolio per Forum in circum descendēbat. Iam currus, clamorĭbus popŭli salutāti, in circum intravērunt et, totum eius spatium circumvecti, certo[8]) ordĭne[8]) loca sua occupavērunt. Tum signum datum est. Statim quattuor[9]) quadrīgae[10]) provolavērunt et praeter eum humĭlem murum cucurrērunt, qui per medium circi perductus erat. Aurīgae[11]), veste varii colōris indūti, equos vehementer agitābant. Ecce loco periculosissĭmo appropinquavērunt, ubi in extrēma parte muri tres[12]) metae[13]) posĭtae erant, apud quas equos caute flectĕre debēbant. Dum russātus[14]) aurīga pericŭlum felicĭter vitat et, cursum equōrum acceléràns, in altĕram partem muri evehĭtur[15]), albātus[16]) sinistra rota murum strinxit[17]) et temeritātem suam morte luit[18]). Nam equi subĭto ictu prostrāti sunt, ipse e curru cecĭdit et ab insequentĭbus equis obtrītus est. At relĭqui aurīgae septies[19]), ut mos postulābat, circum murum cucurrērunt. Russātus primus currēbat et primus cursum

---

[1]) scenĭcus, a, um сценическій. — [2]) meridionālis, e южный. — [3]) duo, duae, duo два; склоненіе см. въ § 57 вокабулярія. — [4]) oblongus, a, um продолговатый. — [5]) trecenta milia триста тысячъ. — [6]) edĭti sunt даны были. — [7]) a prima luce съ разсвѣта. — [8]) перевести съ предлогомъ: въ. — [9]) quattuor (нескл.) четыре. — [10]) quadrīga, ae, f. колесница, запряженная четверкой лошадей. — [11]) aurīga, ae возница. — [12]) tres три. — [13]) meta, ae, f. мета (столбъ). — [14]) russātus одѣтый въ красное платье; здѣсь: красный — [15]) evehĭtur выѣзжаетъ. — [16]) albātus бѣлый. — [17]) strinxit задѣлъ. — [18]) luit поплатился. — [19]) septies семь разъ.



finīvit, post eum prasĭnus[1]) et venĕtus[2]). Victor magnis clamorĭbus popŭli salutātus et corōna aurea donātus est.

Post hos alii quattuor currus missi sunt, deinde rursus quattuor. Eo die decem[3]) missus[4]) fuĕrant, et popŭlus post meridiem domos discessit.



Видъ римскаго амфитеатра Колизея въ настоящее время.

XVIII (48).

Бой гладіаторовъ въ амфитеатрѣ.

Postĕro die in amphitheātro edĭti sunt[5]) alii ludi: certāmen gladiatōrum et venatio bestiārum.

Arti gladiatoriae[6]) praecipue servi se destinābant. Hi per multos annos in disciplīna apud magistrum erant, qui eos variis modis pugnāre docēbat et bene institūtos[7] in arēnam[8]) amphitheātri producēbat.

Illo die centum[9]) paria[10]) gladiatōrum producta sunt. Tuba signum datum est. Protĭnus singŭla paria pugnam commisērunt: alii gladiis, alii hastis rem gerēbant, alii adversarios retĭbus[11]) captabant, alii pugnis[12]) certābant. Multi gravĭter vulnerāti, multi necāti sunt. Qui victi

---

[1]) prasĭnus зеленый. — [2]) venĕtus голубой. — [3]) decem (нескл.) десять. — [4]) missus, us, m. выпускъ. — [5]) edĭti sunt даны были. — [6]) gladiatorius, a, um гладіаторскій. — [7]) institūtus здѣсь: обученный. — [8]) arēna здѣсь: кругъ, арена. — [9]) centum (нескл.) сто. — [10]) par, paris, n. пара. — [11]) rete, retis, n. сѣть. — [12]) pugnus, i, m. кулакъ.

erant, manus ad populum tendebant, misericordiam eius implorantes, et populus fortiter pugnantibus vitam donābat; timidi, repudiāti, ab adversariis trucidabantur. Haec spectacula populo Romano iucunda erant; nam speciem verae pugnae praebēbant.

Postquam certāmen gladiatōrum finītum est et arēna purgāta[1]), novum spectaculum oculis spectantium propositum est. Nam ex caveis[2]), arēnam cingentibus, uno tempore magnus numerus ferārum bestiārum emissus est. Leōnes, tigrides[3]), pardi[4]), ursi[5]), elephanti[6]), rhinocerōtes[7]) alii in alios irruērunt et ingentem interneciōnem commisērunt. Bestiae furibundae[8]) aliae alias vulnerābant, lacerabant,

---

[1]) purgo, āre очищать. — [2]) cavea, ae, f. клѣтка. — [3]) tigris, tigridis, m. тигръ. — [4]) pardus, i, m. леопардъ. — [5]) ursus, i, m. медвѣдь. — [6]) elephantus, i, m. слонъ. — [7]) rhinocĕros, rōtis, m. носорогъ. — [8]) furibundus, a, um яростный.

ululatūque[1]) suo totum amphitheatrum complevērunt. Post unam horam plurĭma pars bestiarum, vulnerĭbus confecta, humi iacuit; reliquae candenti[2]) ferro rursus in caveas actae sunt.

Popŭlus, variis huius dĭei spectacŭlis delectātus, sero amphitheātrum relīquit.



XIX (49).

Письмо.

Gaius Fuscus Tito Rutilio sal.[3])

Quando[4]) tandem, amice carissĭme, ex Hispania tua Rŏmam venies et omnium tuōrum exspectatio explebĭtur? Iam ver appropinquat. Tempestātes hĭbernae cito desĭnent[5]), et, cum naves in mare deductae[6]) erunt, primo vento secundo, ut spero, Ostiam[7]) nostram apportabĕris. Ipse cum multis amīcis tuis tibi obviam[8]) veniam. Quam multas ibi res novas et miras tu, longinquae provinciae incŏla, vidēbis. Nunc urbs nostra sub[9]) imperatōre Augusto quasi itĕrum[10]) nata est: ita mutātus est aspectus[11]) eius. Qui Romae his decem[12]) annis non fuit, ab eo urbs vix cognoscētur. Visēmus tecum templa, magnifice a pio imperatōre renovāta, ostendētur tibi aula[13]) Augusti in Palatīno[14])

---

1) ululātus, us, m. вой. — 2) candens, entis раскаленный. — 3) sal есть обыкновенное въ письмахъ древнихъ римлянъ сокращеніе вм. salutem (подраз. dicit; говоритъ привѣтъ). — 4) quando (нарѣчіе) когда. — 5) desĭno, ĕre переставать. — 6) deducĕre naves in mare спускать корабли въ море (на зиму суда вытаскивались на берегъ). — 7) Ostia, ae, f. Остія, гавань древняго Рима. — 8) obvium навстрѣчу. — 9) sub здѣсь: при. — 10) itĕrum вторично. — 11) aspectus, us, m. видъ. — 12) decem (нескл.) десять. — 13) aula, ae, f. дворецъ. — 14) Palatīnus Палатинскій; такъ назывался одинъ изъ римскихъ холмовъ (находился въ центральной части Рима близъ Капитолія).

monte et pulcherrimae domus, quibus nunc viae urbis ornātae sunt: ascendēmus in Capitolium, unde despectu in Campum Martium et Tibĕris cursu delectabĭmur; denique ludos spectabímus, quibus victoriae Augusti celebrabuntur. Sed satis est. Veni; ipse omnia vidēbis. Vale.

XX (50).

Отвѣтъ на письмо.

Titus Rutilius Gaio Fusco sal.

